

Imperatores spectantibus, administravit, accepta & impensa rationibus inseruit, ac in causis fiscalibus, Cæsarem inter & privatos controversis, jus dixit. Textus in *L. Moschis 47. §. 1. ff. de J. F. r. 1. ff. de Offic. procurat. Caesar. vel ration. 1. r. Cod. ubi causa fiscales &c. l. siquid 1. Cod. Ubi & apud quem l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic. Struv. d. exercit. 4. rh. 35. Miller ib. l. a. Idem Procurator aliò nomine Rationalis Cæsaris appellatus erat: eò quòd bona illius curaret, & rationes redderet. Miller ad cit. rh. l. ii. a.*

140 V. numeratur *Præfectus Augustalis*, à primo conferente Augusto sic nuncupatus, & eà lege deputatus, ut omnia tributa per Ægyptum, in provinciam tunc mutatam, à Mo-

deratoribus exigeret, & solutionem militari auxilio extorqueret; Imperiò, ad similitudinem Proconfulis, ipsi concessò *l. un. ff. l. omnia 1. Cod. de Offic. Præf. Augustal.*

VI. numeratur *Juridicus*, quem in Urbe, Alexandrina Cæsar Augustus adjunxit Præfecto Augustali, quatenus in eadem Urbe Jurisdictionem voluntariam & contentiosam administraret *l. adoptare 1. l. ult. ff. l. un. Cod. de Offic. Jurid.* Miller ad Struv. d. l. rh. 36. lit. a.

Tales VII. numerantur *Præfetti Prætoris*, à tempore Constantini Magni regendis provinciis Orientis, Illyrici, Africæ, Hesperie præpositi *Nov. 70. cap. 1. Lauterbach ad tit. ff. de Offic. Præf. Prætor. Sutholt de Jurisd. aphor. 218.*

§. III.

De Magistratibus Municipalibus.

143 **M**agistratus Municipales censentur, qui præsidebant cujusque provincie civitatibus municipalibus, idè sic dictis, quòd Civitatis Romanæ jus haberent, muneris honorarii cum populo Romano participes essent, & (exceptò suffragiorum & Magistratum, in Urbe capiendorum, jure) pari cum Civibus Romanis conditione potirentur. Sutholt *143 d. l. aphorif. 121.* In hisce civitatibus quædam Reipublicæ Romanæ figura cernebatur, ut, qualia quòtve Romæ munia ministeriaque fuerunt, talia rotidemque in municipiis, extra Italiam constitutis, assignarentur. Idem Author *aphorif. 222.*

145 Erant igitur I. in municipiis *Decuriones*, à curia, in qua Senatorum Romanorum juxta consilio publico cum jure suffragii intererant, nomenclaturam adepti *l. pupillus 239. §. 5. ff. de P. S. l. omnes 43. Cod. Decurionib. Magistratibus tamen, ob defectum Jurisdictionis, tam parum accenseri poterant, quàm parum Senatores Romani per textum in *l. rescripto 6. in pr. ff. de Munerib. & honorib. l. in ordinem 1. in pr. ff. de Magistrat. conveniend. Sutholt d. l. aphorif. 223.**

146 Erant II. ex ordine Decurionum creati *Dumviri*, qui reverà Magistratus municipales fuere, de pecuniariis civium causis in qualibet civitate jus dicentes *d. l. rescripto 6. in pr. l. honores 7. §. 2. ff. de Decurionib. Sutholt aphorif. 224.*

147 Erant III. *Defensores Civitatis*, non ex corpore Decurionum, sed aliis personis idoneis assumpti *l. siquis 1. Cod. de Defensor. Civitat. qui,*

tanquàm veri Magistratus, hominum tenuiorum & maximè rusticorum causas ventilabant *l. nisi 3. Cod. d. 1. quin & causas civium olim usque ad 50. aureos d. l. si quis 1. postea verò usque ad 300. adjudicare poterant. Nov. 15. cap. 3. Sutholt d. l. aphor. 225. & 226. ubi simul advertit, Duumviros & Defensores, ad Magistratus populi Romani comparatos, vix nomen Magistratus mereri: si enim provinciales Magistratus in comparatione Romanorum subinde Magistratus esse negentur, multò magis municipalibus id nominis denegabitur.*

Atque hæc Magistratum varietas, hæcque subordinatio, florente quondam & Orbi dominante Romanorum Republica, fuit. Sijam oculos ad hodiernam Reipublicæ Romanæ Germanicæ faciem convertamus, vix alibi veteris politie vestigium, quàm in Civitatibus quibusdam Imperialibus & Municipalibus deprehendemus. Ut eapropter Samuel Stryek in *usu mod. pand. ad tit. de Senator. §. 1. & ad tit. de Offic. Consul. §. 1.* & passim moneat, ex antiqua Magistratum forma ideam hodierni regiminis desumi non posse, sed singulorum ferè locorum consuetudinem attendi debere.

De reliquo certior regula, dignoscendi, quinam in specie Jurisdictionem Ordinariam habeant, dari non potest, nisi quòd Status & Nobiles Immediati Imperii, & illi, qui ab his vel ab Imperatore Jurisdictionem nacti sunt, Magistratum gerere, ac Ordinariam Jurisdictionem obtinere censentur.

SECTIO IV.

De Jurisdictione Extraordinaria.

SUMMARIA.

151. Etymologia Jurisdictionis Extraordinariae. 152. Definitio. 153. & seqq. Declaratio. 156. Ulterior illustratio. 157. & seqq. Duplicis illius subjectum, reale & personale, explicatur. 161. Ponitur objectum. 162. Ad quod

perinet jus dandi tutorem. 163. & seqq. Finis cognoscendi super alienatione prædiorum pupilli, transactione de alimentis, manumissione &c. 168. Judicis dandi licentiam non omnes ad eandem Jurisdictionem redeunt. 169. & seqq. Elig-

Eligitur illorum sententia, qui distinguunt inter Magistratus. 172. Resp. ad l. 3. ff. de Jurisdic. 173. Jus de suspectis tutoribus male ad Extraordinariam. 174. Melius ad Ordinariam Jurisdictionem revocatur. 175. Merum

Imperium Jure Civili ad Extraordinariam 176 & seqq. Canonico ad Ordinariam spectat. 179. Dispositio in irregularitatibus occultis, in Trid. Conc. concessa, est Jurisdictionis Extraordinariae. 180. Hujus effectus. 181. Usus hodiernus.

§. I.

Quid sit Jurisdictio Extraordinaria?

151 **J**urisdictio Extraordinaria, quam & Legalem seu Adventivam appellari posse, permittit Sutholt de *Jurisdic. aphor. 127.* mutat suum nomen ab eo, quòd non ordinariè, sed extraordinariè; atque adeò non ex se & natura officii, sed quasi per accidens, administratur.

152 Definitur, quòd sit potestas publica jus ex speciali concessione dicendi.

153 Dixi I. potestas publica jus dicendi. Quòd enim Jurisdictio Extraordinaria propriè rationem generis participet, ac juris dicendi facultatem includat, docet Ulpianus in *l. jus dicentis 1. ff. de Jurisdic. ibi: jus dicentis officium latissimum est: quia & honorum possessionem dare possit, & in possessionem mittere, & pupillis non habentibus tutorem constituere.* Sutholt cit. l. aphor. 129.

154 Dixi II. ex speciali concessione. Quæ verba distinguunt Jurisdictionem Extraordinariam ab Ordinaria; eamque significationem habent, quòd Jurisdictio, quæ non coheret munerì, sed illi à speciali Lege, Scò, privilegio &c. supervenit; neque idèò competit, quia collatum est officium, sed quia extat Lex,

Sctum, privilegium &c. nominatim officio; vel personæ Jurisdictionem annexens, sit Extraordinaria. Exemplò rem declarat *155 D. Braun de Jurisdic. cap. 3. §. 2. n. 3.* in tutoris datione: Prætor enim etiam ante L. Attiliam verus Magistratus fuit, & tamen ante illam Legem non potuit tutorem dare: sed jus hoc primùm nactus est per L. Attiliam, post quam Prætor habuit jus tutores dandi, non tamen quàm Prætor, seu vi Præturæ, sed præcisè vi L. Attiliæ, quâ hoc privilegium speciatim Præturæ Urbane annexum fuit *pr. Inst. de Attil. Tur.*

Si Circaveas, quare Jus certas causas subtraxerit Jurisdictioni Ordinariæ, & tantùm voluerit esse specialis concessionis?

Respondet D. Braun, rationem videri positam in gravitate & speciali favore illarum causarum, in quibus censetur esse electa personarum fides & industria, vel conditio certumuneris: quia Jus præsumit, eos, qui tali munere funguntur, satis legales aptosque futuros causis illis, debitò modò expediendis; immillipræsumptione de aliis non concepta.

§. II.

Quibus Extraordinaria Jurisdictio conveniat?

157 **J**urisdictio Extraordinaria nonnunquam subjectum reale, quandoque subjectum personale supponit. Seu, quòd in idem recidit, subinde intuitu certæ rei; inter dum respectu certæ personæ Jurisdictio speciali Lege

158 conceditur. Intuitu certæ rei conceditur, quando muneri, dignitati, & officio connectitur, adeò ut, qui munus, dignitatem, & officium illud adipiscuntur, simul etiam Jurisdictionem illam adipiscantur, sicut de jure dandi Tutores, Præturæ connexum, mox declaratum est. Respectu certæ personæ tribuitur, quando alicui in individuo tantùm & in particulari speciatim conceditur, ut si

genis facultas dispensandi in tertio gradu sanguinitatis indulgeatur. Discrimen est, 160 quòd, si subjectum sit reale, necesse non sit, ut in singulis futurorum Magistratum constitutionibus sigillatim renovetur concessio, sed sufficiat, Jurisdictionem semel Magistratui certo colligatam esse *arg. cap. quoniam 14. de Offic. Jud. deleg. & cap. si gratioso 5. de Rescript. in 6. cum tamen, ubi subjectum est personale, Jurisdictio personæ, singulariter data, in privilegii personalis cum illa exspiret, ac, ut denuò respiret, novâ indulgentiâ opus habeat per *cap. privilegium 7. de R. J. in 6. l. quod Principi 1. §. 2. ff. de Confisus. Princ. Braun d. l. n. 7. Repetantur dicta in 1. r. 1. cap. 8. n. 248.**

159 Franciscò Antonio Archi-Episcopo Salisbur-

§. III.

Quodnam objectum habeat Jurisdictio Extraordinaria?

161 **O**bjectum Extraordinariæ Jurisdictionis sunt causæ, circa quas jus dicitur non ex officio, ad hoc primitus instituto, sed ex speciali Lege, Scoto, Plebiscito, vel privilegio, post officium jam erectum concessò.

162 In hunc censum refertur I. jus dandi tutorem, quòd jam supra in *num. 155.* ad Jurisdictionem Extraordinariam revocavimus, propter textum in *pr. §. 4. & 5. Inst. de Attil. Tur. l. R. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.*

mutò 6. §. 2. ff. de Tutel. Vinnlus de Jurisdic. cap. 6. n. 3. Sutholt de Jurisdic. aphor. 157. & seqq. Braun ad tit. ff. de Tutor. & curat. dat. rh. 4. & seqq. Clariff. D. Franz ad cit. tit. Inst. n. 2. ubi etiam contraria dissolvit.

II. ad Extraordinariam Jurisdictionem re-ducitur jus cognoscendi super alienatione prædiorum pupilli aut minoris *arg. l. mandata 2. §. 1. ff. de Off. ejus &c.*

- 164 III. jus cognoscendi super transactione de alimentis, testamenti relicti *arg. l. cum hi 8. in pr. §. 18. ff. de Fidei. com.*
- 165 IV. jus cognoscendi super manumissione, faciendâ a minore 20. annis *arg. cit. l. mandata 2. in pr. ff. de Offic. ejus cui mand. est. Jurisdict. cui & quibus ex caus. manumit.*
- 166 V. jus cognoscendi super eo, si dominus occisus fuisse dicatur *l. quacunque 1. in fin. pr. ff. de t. emancipatio, manumissio per vindictam. Struv. Exercit. ad pand. 4. th. 67. D. Braun cit. l. de Jurisdict. §. 2. n. 9. & seqq. Vinnius cit. l. n. 2. Sutholt aphor. 160. & seqq. atque Authores alii, qui, quoad relata capita, ferè conveniunt. At*
- 168 Ambiguum est I. an Judicis dandi licentia pertineat ad Extraordinariam Jurisdictionem? Licet enim eam ad hanc referat Fachinaeus *lib. 1. consuet. cap. 45. nihilominus sunt alii, qui vel cum Ummio ad process. Judic. disp. 1. n. 41. ad Ordinariam; vel etiam cum Zoëso ad tit. ff. de Jurisdict. num. 11. revocent ad Imperium*
- 169 Mixtum. Quin & alii sunt, qui inter Magistratus Majores & Minores, Urbanos & Provinciales, distinguunt; ac Magistratibus quidem Urbanis Majoribus jure ordinarij jus dandi Judicis delatum fuisse, asserunt *ob l. cum prator 12. §. 1. ff. de Judic. ibi: quibus id more, hoc est, suo jure, concessum est l. appellandi 1. §. 3. ff. de Appellat. l. quod dicitur 1. in pr. ff. quis a quo*
- 170 *appelletur; Magistratibus verò Minoribus uti & Provincialibus extraordinarij jure id concessum fuisse, contendunt per cit. l. 12. §. 1. de Judic. ibi: Judicem dare possunt, quibus hoc Leg. vel Constitutio, vel Scia conceditur. Leg. ut*
- 171 *Proconsuli &c. Et hæc, teste Braun cit. cap. 3. §. 2. num. 16. probabilior, ac hodie passim recepta sententia est, quam inter alios recipiunt Vinnius d. cap. 6. n. 4. Sutholt aphor. 164. & seqq. Franz ad tit. ff. de Jurisdict. n. 30. Struv. cit. l. th. 67.*
- 172 Nec turbat *l. imperium 3. ff. de Jurisdict. ubi dicitur: Jurisdictio est etiam Judicis dandi licentia. Non enim accipitur hic Jurisdictio Ordinaria seu in concreto, sed accipitur Jurisdictio in genere & in abstracto, quatenus præscindit ab Ordinaria & Extraordinaria, & contradistinguit Imperio. Braun cit. l. n. 18. ubi plures adhuc objectiones proponit, & diluit.*

§. IV.

Quid operetur Extraordinaria Jurisdictio?

- 180 **E**xtraordinaria Jurisdictio hoc singulare operatur, quod à sola persona, cui vel ratione muneris vel ratione individui imperita est, exerceri debeat; nec possit alteri exercenda delegari per text. in *l. 1. in pr. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. l. more §. ff. de Jurisdict. & dicenda in cap. seq. scilicet. 1.*
- 181 Hodie tamen iste effectus (saltem in Foro Sæculari) non amplius consideratur: quæ

Ambiguum est II an jus de suspectis tutoribus cognoscendi spectet ad Extraordinariam Jurisdictionem? Hoc quippe voluerunt Treutlerus & Hunnius, quos citat Clariss. D. Franz ad *l. 1. tit. 26. Inst. n. 12. in f. præcipue ob l. cognitio 4. in pr. ff. de Off. ejus cui mand. est. Jurisdict. Sed contradicunt plures cum Vin-174 nio ad §. 1. Inst. de Suspect. tut. Braun ad tit. ff. eod. th. 7. Clariss. D. Franz cit. l. num. 13. tum quod in *cit. l. cognitio* dicatur, mandari posse: tum quod specialis Lex, quæ specialiter tribuatur, assignari nequeat.*

Ambiguum est III. an Merum Imperium referendum sit ad Ordinariam Jurisdictionem? Et hoc dubium non tam de Mero Imperio Civili instituitur: quippe quod ex speciali Lege deferri, luculenter traditur in *l. 1. pr. & §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. quam de Mero Imperio Ecclesiastico. Probabilius ta-176 men credo, Prælati Ecclesiasticis, quibus Jurisdictio Subalterna ex cap. 4. est concessa, Merum Imperium ordinarij jure competere: tum quia ex Jure Divino, saltem mediata, potestatem ligandi & solvendi acceperunt ex *cit. cap. à n. 17. tum quia per ipsam electio-177 nem & confirmationem una cum Episcopatu Jurisdictio Criminalis illis deferretur cap. transmissam 15. de Elect. tum quia inter jura Ordinaria & ordinaria numeratur in cap. perniciosa 1. cap. conquereute 16. de Off. Ord. cap. cum velim 18. de Prescript. Probant hanc opinionem Magnif. D. P. König ad tit. de Offic. Jud. Deleg. n. 23. Clariss. D. Franz in *Quæst. select. ex omni Juris***

Ambiguum est IV. utrum facultas dispensandi in irregularitatibus, ex delicto occulto provenientibus, quam habent Episcopi ex Concil. Trident. sess. 24. de ref. cap. 6. ad Jurisdictionem Extraordinariam reduci queat? Et omnino sic puto dicendum ex principiis, jam datis, Episcopi enim ante Concilium Tridentinum hanc facultatem non habuerunt, veluti Authores perlibenter fatentur: adeoque illam non exercent ex officio Ordinario, jure proprio, & vi muneris, sed ex speciali concessione Legis & Juris Ecclesiastici, per Synodum Tridentinam constituti. Ergo facultas ista rectissime reducitur ad Extraordinariam Jurisdictionem. Hæcque videtur esse sententia Gutierrez *lib. 1. cap. 13. n. 29.*

CAPUT

CAPUT VII.

De Jurisdictione Non-Propria.

Jurisdictio Non-Propria, quæ fundatur principaliter in beneficio & voluntate alterius, ex cap. 1. num. 88. sinu suo complectitur geminam speciem, videlicet Jurisdictionem Mandatam seu Delegatam, & Prorogatam. De una & altera hic agendum; & in fine pauxillum aliquid de Jurisdictione Judicum Conservatorum vel Conservatoria adjiçendum erit.

SECTIO I.

De Jurisdictione Delegata.

SUMMARI A.

- 1. Jurisdictionis Delegata nomen. 2. Definitio. 3. & 4. Exercentur nomine alterius. 5. & 6. Sen. Judicis Delegantis. 7. & seqq. Dantur regule, ex quibus cognoscitur Delegatio Jurisdictionis. 10. & seqq. Jurisdictio Delegata est vel generalis vel specialis. 13. & seqq. Hæcque divisio est antica Juri Communi. 15. & seqq. Nec generalis in Ordinariam transit. 17. Secundam aliquam alia est Delegata in specie, alia Mandata. 18. & seqq. Contraria sententia defenditur. 23. & seqq. Res. ad l. 5. Cod. de Judic. 26. & seqq. Alterum explicatio refertur. 31. & seqq. Insertur Synonymia Jurisdictionis Delegata & Mandata. 33. Jurisdictio interdum delegatur a Lege. 34. & seqq. Monet nihilominus Delegata. 36. Nec sit Ordinaria. 37. Aut Extraordinaria. 38. & seqq. Solus Juxta Ordinarius potest delegare. 41. & seqq. Delegatus non potest sub-delegare. 45. & seqq. Nisi delegatur à Summo Principe. 48. & seqq. In Delegato S. Pontificis requiritur Canonatus Cathedralis, Personatus, aut Dignitas. 50. &

- seqq. Etiam Ordinarius Juxta potest delegatus esse. 52. & seqq. Etiam non-subditus. 54. & seqq. Etiam plures Delegati admittuntur. 56. Adstruunt objectiones Jurisdictionis Delegata. 57. & seqq. Imperium mixtum est delegabile. 59. & seqq. Item executio sententia Jurisdictionis nalis. 64. & seqq. Ostenditur, an cum executione delegatur cognitio? 68. & seqq. Imperium Aduersum de Jure Civili regulariter nequit delegari. 70. & seqq. Delegari verò potest de Jure Canonico. 76. & seqq. Declaratur, quomodo alius Ordinarius delegari valeat. 80. & seqq. Indicantur effectus Jurisdictionis Delegata. 87. & seqq. Expirat revocatione Delegantis. 89. Illius morte. 90. Lapsu temporis. 91. & seqq. Finito negotio. 93. & seqq. Morte Delegati, si res adhuc sit integra, nec facta citatio. 95. & seqq. Explicatur cap. 19. de Off. Deleg. 98. & seqq. Resolvuntur reliqua objectiones, in quibus requiritur litis contestatio. 104. & seqq. Citatio non debet necessario partibus intimari. 106. Debet tamen esse valida.

§. I.

Quid sit Jurisdictio Delegata?

- 1. **J**urisdictio Delegata nomen hoc potissimum in SS. Canonibus sortitur per *l. 1. de Offic. & per. Jud. Dele. X. in VI. Clementin. & Extravag. in LL. autem crebrius Mandata nuncupatur per *l. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est. Jurisdict.**
- 2. Definiri potest Jurisdictio Delegata, quod sit potestas publica jus dicendi, nomine & beneficio alterius, seu Judicis Delegantis.
- 3. Dixi nomine & beneficio alterius. Per hoc enim Jurisdictio Delegata distinguitur essentialiter ab Ordinaria, quod hæc, scilicet Ordinaria, licet remotè ex indulgentia Principis, seu primi principij totius Jurisdictionis, habeatur, proximè tamen ex virtute officii exercetur ut propria; cum è diametro illa, id est, Delegata, proximè ex beneficio & nudo beneficio alterius exercetur, nec tam in persona Delegati quam Delegantis residet: utpote

cùm penes hunc proprietates & radix, penes illum solum exercitium & usus existat juxta textum in *l. quacunque 1. §. 1. ff. d. t. ubi Papinianus, qui Mandatam, inquit, Jurisdictionem suscepit, propriam nihil habet: sed & ejus, qui mandavit, Jurisdictione utitur.*

Dixi II. seu Judicis Delegantis. Adeoque in Jurisdictione Delegata duæ semper personæ concurrunt, dans & accipiens, Delegans & Delegatus, Mandans & Mandatarius. Et licet accipiens, Delegatus, & Mandatarius videatur jus dicere; attamen etiam Dans, Delegans, & Mandans, jus dicit: ille quidem instrumentaliter & immediatè; iste verò principaliter & mediatè per textum in *l. sicut prator. 16. ff. de Jurisdict. ibi: t. cui Mandata Jurisdictionis est, fungitur vice ejus, qui mandavit, non sua.* Vinnius de *Jurisdict. cap. 8. n. 4. Brunnem. ad cit. l. quacunque n. 5.*

- 7 Petes: undenam cognosci possit, quod Jurisdictionis fuerit Delegata?
- Resp. I. si Judex Ordinarius, Summò Principe inferior, dicat, se alicui mandare aut delegare Jurisdictionem suam, vel se Jurisdictionem suam alicui exercendam dare, vel velle se, ut quis in Jurisdictione sua vice, partibus, autoritate &c. fungatur; Jurisdictionem censeri Delegatam: hæ enim formulæ important verum mandatum, & veram delegationem. Vinnius *d. l. cap. 9. n. 1.*
- 8 Resp. II. si Judex Ordinarius, Summò Principe inferior, dicat: constituo te Judicem, volo, ut judicium in hac causa suscipias, non

Jurisdictionem delegatam, sed Judicem solummodo datum videri. Vinn. *d. l. n. 2.* Differentiam verò Judicis Delegati & Dati infra *49. §. 1. ff. de Judic.*

Resp. III. si ipse Princeps alicui det Jurisdictionem, Jurisdictionem propriam concessam, ac quasi à Lege collatam præsumi arg. *l. & quia 6. ff. de Jurisdic. l. quod principi 1. in pr. & l. ult. ff. de Constit. Princ.* Sin det Judicem, illum haberi pro Delegato ex dicendis infra *num. 25.* Si denique deleget Jurisdictionem, juxta formulas in *num. 7.* relatas, Jurisdictionem Delegatam esse. Vinnius *d. l. num. 3. & 4.*

§. II.

Quotuplex sit Jurisdictionis Delegata?

- 10 Jurisdictionis Delegata cum recepta ferè ab omnibus divisione dispescitur I. in generalem & specialem. *Generalis* est, quando genus causarum judicialium delegatur. Idque fit, sive genus generalissimum omnium omnino causarum: sive genus subalternum causarum v.g. matrimonialium, tutelarium, civilium; sive quoad omnes personas, sive quoad certas, demandetur. *Specialis* est, quando alicui certa, specifica, ac determinata causa committitur, v.g. causa mutui inter Sempronium & Titium; causa Jurisdictionis controversa inter Cajum & Mævium &c.
- 12 Hæcque divisio nititur autoritate Juris manifesti in *cir. l. soles 16. ff. de Jurisdic. ubi decernitur, quod Prætor Jurisdictionem solet mandare, & aut omnem mandet, aut speciem unam.* Item in *l. seq. seu 17. eod. ubi Illipianus, Prætor, ait, sicut universam Jurisdictionem mandare alii potest: ita & in personas certas, vel de una specie potest.*
- 13 Equidem post Sanchezium existimat I. P. Pirhing ad *tit. de Offic. Jud. Deleg. num. 3.* non posse omnes omnino causas à Judice, qui Summò Principe inferior est, delegari, motus textu *l. penult. ff. de Offic. Præsid. ubi dicitur: Legatus Cesaris, id est, Præses vel Correttor Provincia, abdicandò se non amittit Imperium.* Verùm, ut pluribus ostendit D. Braun de *Jurisdic. cap. 5. §. 1. num. 4.* longè alius est sensus *cir. l. quam P. Pirhing existimat, nempe Magistratum, abdicandò officium suum, inconsultò Principe, nihil agere, nec desinere esse Magistratum: quia planè in commodum foret, sine Magistratu populum indefensum relinquere, nec Principi quidquam de hoc significare, ac sine illius præcitu renuntiare officio, sine cuius autoritate non potuit acquiri.*
- 15 Putant alii II. Jurisdictionem Delegatam Generalem esse Ordinariam; hujusque opinionis est Andreas Gail. *lib. 1. observ. 97. n. 12.* Illis tamen adimplari nequeo: tum quia *cir. l. soles 16. & l. Prætor 17. ff. de Jurisdic. dicunt, apertè, tam mandatarium Jurisdictionis universalem quam particularem ejus fungi vice,* 16 qui mandavit, non sua: tum quia idem est Juris in toto quoad totum, quod Juris est in parte

quoad partem: adeoque si Jurisdictionis Delegata particularis non est Ordinaria, nec Delegata universalis erit Ordinaria. Et hinc P. Engel, tametsi ad *tit. de Offic. Ord. n. 3.* nihil in sententiam Gailii propendat, fatetur tamen in fine, Judicem Delegatum, si in rigore & propriè loqui velimus, differre ab Ordinario.

II. dividitur Jurisdictionis Delegata à quibus-17 dam in Delegatam in specie, & Mandatam. *Delegatam in specie* vocant alicui, quando una tantum vel altera causa expressa committitur; *Mandatam*, quando plures cause demandantur: adeoque putant illi Authores, Judicem Delegatum & Datum esse unum eundemque; Delegatum verò & Mandatarium diversum.

Sed huic recitatæ divisionis sensui cum Magnifico P. König ad *tit. de Offic. Jud. Deleg. n. 4. & 6.* vix non omnes Civillite reclamant; in specie Obrecht de *Jurisdic. lib. 4. cap. 3. per tot. Bocer de Jurisdic. cap. 6. num. 6.* Sutholt de *Jurisdic. apboris. 356.* Struv. *Exercit. 4. tit. 44.* Braun de *Jurisdic. cap. 5. §. 1. n. 33.* contententes, Jurisdictionem Delegatam manere invariata, sive una sive plures cause delegentur ob dicta in *num. 15.* & simul adstruentes, Judicem Delegatum à Dato totò ferè Còlò diversum esse. I. enim Judices Delegati habent Jurisdictionem; econtrà, ut in *cap. 1. n. 33. & seqq.* præmissum est, Judices Dati (aliàs Pedanei nominati) nullam Jurisdictionem, sed nudam notionem habent.

II. Judex Delegatus potest exequi suam sententiam *cap. significasti 7. cap. in literis 9. cap. pastoralis 28. §. quia verò de Offic. Jud. Deleg. l. ult. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand.* Judex Datus potest quidem judicare & sententiam ferre, exequi autem sententiam non potest *l. à dno Pio 15. in pr. ff. de Re judic.*

III. à Judice Dato appellatur ad Dantem I. quod dicitur *1. in pr. ff. Quis à qua appell. à Judice Delegato, non ad Delegantem, sed Delegantis Superiorem appellatio interponitur d. l. quod dicitur 1. §. 1. cap. super 27. §. porro cum Delegatus de Offic. Jud. Deleg.*

IV. Judex Delegatus desinit esse talis morte Delegantis, re adhuc integrà

rela-

relatum 19. & cap. seq. eod. tit. l. & quia 6. ff. de Jurisdic. Judex Datus retinet munus judicandi, esto Judex Datus decesserit *l. venditor 49. §. 1. ff. de Judic.*

23 Neque juvat Adversarios, quòd in *l. à Judice 5. Cod. de Judic.* Judex Pedaneus vocetur Delegatus, ibi: à Judice Judex Delegatus Judicis dandi potestatem non habet: cum ipse iudicatio munere fungatur. Quòdve idem repetatur in *l. un. Cod. Qui pro sua Jurisdic. ibi: hac re neant, nisi Judices, à nobis specialiter delegantibus* 24 dati, aliis causas delegaverim iudicandas. Nam ex contextu utriusque *l.* obvium cuivis est, Judicem Delegatum ibidem non sumi propriè & in sensu nostro pro Judice Jurisdictionis, sed impropriè ac pro Judice notionis: hòc ipsò enim quòd nequeat alium dare Judicem, solà notione pollet; cum verè & propriè Delegatus, seu Mandatarius, Judicem alium dare non prohibeatur *l. Imperium 3. ff. de Jurisdic. l. cum prætor 12. §. 1. ff. de Judic.*

25 Cæterùm exceptio faciendâ est in Summo Principe, qui, si Judicem det, dicendò v.g. ut causam, inter Sempronium & Cajam cognoscat, Judicem non præcisè Pedaneum & Notionalem, sed Jurisdictionalem, & virtualiter seu æquivalenter Delegatum dedisse censetur, adeò ut in effectu, inter Judicem, à Summo Principe Datum, & Delegatum nulla sit differentia per textum in *cir. l. à Judice 5. Cod. de Judic. l. un. Cod. Qui pro sua Jurisdic. l. penult. Cod. de Præst. & lit. expens. Nov. 60. cap. 2. Obrecht d. cap. 3. num. 22. Sutholt apbor. 359. Braun d. cap. 5. §. 1. n. 21.*

26 Revertendò jam ad Superiorem & secundam divisionem, quidam cum P. König *cir. l. n. 3. & 5.* & Lauterbach ad *tit. ff. de Jurisd. §. 26.* hoc discrimen inter Jurisdictionem Delegatam in specie & Mandatam statuunt, quòd illa præter cause cognitionem, medicam coërcitionem, non tamen ultimam & perfectam potestatem exequendi tribuat; ista econtrà integram Jurisdictionem cum plena potestate exequendi in Mandatarium transferat.

27 Sed neque hoc discrimen agnoscendum videtur: tum quia in *cap. super quæstionum 27. §. porro de Offic. Deleg. perspicue supponit Pontifex, Jurisdictionem à Delegato S. Pontificis in sub-Delegatum totam transferri posse: tum quia in cap. præter 5. eod. tit. regulam generalem ponit, eum, cui causa committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipere potestatem: tum quia*

potestas exequendi sententiam, à se latam, indubitatè habet Judex Delegatus per textum complures in *cap. significasti 7. cap. in literis 9. cap. quærenti 26. cap. pastoralis 28. §. quia verò d. 1.*

Si dicas: à Judice Mandatario juxta *n. 21. 28* non appellatur ad Mandantem; bene verò à Delegato ad Delegantem *d. cap. super quæstionem 27. §. porro cap. si Delegatus 7. eod. in 6. l. un. Cod. Qui pro sua Jurisdic.* Ergo Judex Mandatarius distinguitur in eo à Delegato, quòd hic non totam, ille verò totam Jurisdictionem habet.

Resp. negandò anteced. Enimverò, ut accuratissimè hanc in rem dilucit Nobilissimus Gonzalez in *comment. ad cir. cap. super quæstionem n. 5. & seqq.* datur quidem appellatio à Delegato S. Principis ad Delegantem, sicut à Mandatario S. Principis ad Mandantem: quòd si tamen Delegatus vel Mandatarius Summi Principis rursus alteri Jurisdictionem subdeleget, vel demandet, distingendum est, utrum totam Jurisdictionem delegaverit seu mandaverit, vel solummodò partem, executionem vel aliquid aliud sibi reservandò. Priore casu appellatur à sub-Delegato seu sub-Mandatario, non ad sub-Delegantem seu sub-Mandantem, sed Superiorem, hoc est, S. Principem; posteriore casu ad sub-Delegantem vel Mandantem appellatur. Ratio differentiæ est: quia sub-Delegatus vel sub-Mandatarius ad totam causam est verus Judex Delegatus aut Mandatarius; omnemque potestatem, quam habet sub-Delegans vel sub-Mandans, consequitur; non etiam Judex sub-Delegatus vel Mandatarius ad partem Jurisdictionis, qui verius Judex datus appellatur: unde in primo casu, si daretur appellatio, fieret ab eadem persona ad eandem & moraliter indistinctam; secus in casu posteriore.

Concludo itaque cum Obrecht *cir. lib. 4. 2. cap. 1. n. 4.* Bocero *d. cap. 6. n. 1. §. 5. & seqq.* Sutholt *apbor. 358.* Stryck in *usu mod. ad tit. ff. de Offic. ejus cui mand. §. 3. & 4.* inter Jurisdictionem Delegatam & Mandatam nullam prorsus intercedere discrepantiam, præterquam in solo nomine. Idque præter jam dicta colligo ex eo, quòd Jus Canonicum sæpe Jurisdictionem Delegatam pro Mandatam, & vicissim, accipiat per textum in *cap. relatum 19. cap. super quæst. 27. cap. ult. de Offic. Jud. Deleg.* Tamè idem Jus frequentius vocabulò *Delegata;* sed autem Civile (sætem in Pandectis) terminò *Mandata* utatur.

§. III.

Quis Jurisdictionem delegare possit?

13 Jurisdictionem delegat, vel Jus, vel Homo. Jus delegat, quando certis personis per Legem publicam aliquid agendum committit, non propriè sed alienò nomine. Sic Episcopi multa facere jubentur, tum in Jure Communi in *cap. irreversibilis 13. §. cæterum de Offic. Ord. Clem. un. de suppl. neglig. Prælat. Clem.*

attendentes 2. de statu Monach. quàm in Concil. Trid. *sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 6. de ref. cap. 2.* & alibi, non jure propriò, sed alienò, non tanquam Ordinarii, sed tanquam Sedis Apostolicae Delegati.

Nec attendendi sunt, qui cum Beronio illos; 4 actus, quos Episcopi ex delegatione Juris faciunt,

ciunt, ad Jurisdictionem Ordinariam revocant, ex eo capite: quia Jurisdictio, quæ provenit à Lege, est Ordinaria per l. & quia 6. ff. de Jurisdic. Contra enim est, quòd tantum illa Jurisdictio, descendens ex Lege, sit Ordinaria, quæ deservit à Lege vi muneris, ut tanquam propria habeatur; non etiam illa, quæ deservit à Lege autoritate & vice aliena: quicunque enim non sub jure, sed alterius gratia & vice Jurisdictionem exerceat, ille non Ordinarius sed Delegatus est Judex per l. solus 16. ff. de Jurisdic. & l. quacunque 1. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdic.

36 Nec etiam imaginis velim, non esse in re discrimen, utrum actus prænomatos ad Ordinariam vel Delegatam Jurisdictionem reducamus. Nam, ut nihil dicam, quòd Capitulum, Sede vacante, in Jurisdictione Delegata non succedat; insuper, si ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, contingat appellari, appellatio non ad Archi-Episcopum, sed ad S. Pontificem interponitur per cap. super questionem 27. de Offic. Deleg. quandoquidem Episcopus, ubi Delegatum Apostolicum agit, major est Archi-Episcopo cap. sancti ej. eod. tit. Panorm. in cap. ad abolendam 9. de Hæres. n. 13 & 16. Barbosa de Offic. & pos. Ep. p. 3. alleg. 92. n. 3. & 17. P. Wiestner ad tit. de Offic. Jud. Deleg. n. 8. & seqq. ac novissime Clariff. P. Schmalzgrueber ibid. n. 5.

37 Nec demum existimes, Jurisdictionem, à Lege Delegatam, ab Extraordinaria non discrepare. Discrepat enim, quòd Extraordinaria habeatur ut propria, ac nomine proprio exerceatur; secus ac Delegata à Lege ex num. 35.

38 Homo, ut Jurisdictionem deleget, Magistratum gerat, seu Jurisdictionem Ordinariam habeat, oportet: nam, ut disserit Julianus in l. more 5. ff. de Jurisdic. more majorum (hoc est, jure consuetudinario, ut cum Obrecht d. lib. cap. 2. n. 2. interpretatur Braun d. §. 1. n. 10.) in a comparatum est, ut is demum Jurisdictionem mandare possit, qui eam suo jure, non alieno beneficio, habet.

39 Qui autem Jurisdictionem solummodo Delegatam habet, ille nequit eam alteri subdelegare cap. cum causam 62. in fin. de Appellat. l. ult. in pr. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdic. Cujus ratio est: quia, qui solum exercitium Jurisdictionis accipit, ut Judex Delegatus ex n. 4. ille non potest Jurisdictionem alteri concedere &c.

40 Si dicas: procurator alium procuratorem substituere valet. Ergo etiam Judex Delegatus alium subdelegare. Disparitatem assigno, quòd procuratoris munus sit privatum, Judicis Delegati publicum: unde in hoc magis censetur electa personæ industria, quam in illo: si tamen electa supponatur,

substitutio non admittitur per cap. ult. de Procurat. in 6.

Nec refert: sitne quis Delegatus univerſalis vel particularis; sitne potestas subdelegandi concessa, vel prohibita; desiderintne partes consensum in subdelegationem; necne; sublitne causa subdelegandi vel non? Textus siquidem & rationes propositæ generaliores sunt, quam ut similes exceptiones patiantur. Obrecht d. cap. num. 19. & seqq. Vinnius cit. cap. §. n. 6. Braun d. §. 1. n. 13. 14. & 15. observans in n. 16. in foro & usu dictas exceptiones sine ulla contradictione aut impugnatione videri receptas; ad eoque hinc loquendum esse cum multis, sentiendum cum paucis.

Dices I. Judex Delegatus eandem habet Jurisdictionem, quam Delegans. Sed Jurisdictionis Judicis Delegantis potest delegari. Ergo etiam Jurisdictio Judicis Delegati.

Resp. cum distinctione major. eandem habet Jurisdictionem quoad usum & exercitium, conced. quoad proprietatem, neg. major. Sed Jurisdictionis Judicis Delegantis potest delegari, & hoc idè, quia habetur quoad proprietatem, non quoad nudum exercitium & usum: consequenter Jurisdictionis Judicis Delegati tanquam in solo exercitio & usu consistere, juxta l. more Majorum 5. ff. de Jurisdic. delegari nequit.

Dices II. in l. cum prator 12. §. 1. ff. de Judic. 44. Judici Delegato seu Mandatario dilucide permittitur facultas subdelegandi in verb. is quoque, cui mandata est Jurisdictionis, Judicem dare potest.

Resp. in cit. l. permittit facultatem dandi Judicem, non verò Jurisdictionem subdelegandi: quæ duo, quam disparata sunt, liquet ex num. 19. & seqq. Nam potestas dandi Judicem est actus Jurisdictionis cujuscuque, tam Ordinariæ quam Delegatæ per l. Imperium 3. ff. de Jurisdic. Ad potestatem delegandi Jurisdictionem est Jurisdictionis non cujuscuque sed Ordinariæ juxta n. 39.

Unica exceptio facienda est in Delegato Summi Principis, seu Ecclesiastici, seu Secularis: hunc enim subdelegare posse, indicant textus in cap. super questionem 27. §. porro cap. ult. de Offic. Jud. Deleg. cap. si Delegatus 7. eod. in 6. cap. cum causam 62. in fin. de Appellat. Quòd in majorem præeminentiam & auctoritatem talium Delegatorum statutum esse, advertit Gonzal. in cap. si pro 3. de Offic. Deleg. n. 10. Quæ ipsa exceptio fallit, quando singulariter est electa personæ industria in Delegato per cap. si pro 3. cap. ult. §. is verò de Offic. Deleg. Id quod potissimum ex verborum & causæ qualitate dimittendum esse, monet Obrecht cit. l. cap. 2. num. 31. & seq. Sucholt aphor. 369. Braun d. §. 1. num. 23.



§. IV.

Cui Jurisdictio delegari possit?

48 Jurisdictionis delegari potest in genere omnium illi, qui capax est Jurisdictionis, de quo in cap. 1. n. 122. In specie potest & solet Jurisdictionis Ecclesiastica delegari illis, qui in Dignitate Ecclesiastica, Personatu, vel Canonatu alicujus Ecclesiæ Cathedralis, Sæcularis aut Regularis, existunt cap. statum 11. in pr. de Rescript. in 6.

49 Sed hoc in causis, à Sede Apostolica, vel Apostolico Legato aut Delegato, delegatis: nam Prælati inferiores etiam simplicibus Clericis causas delegare non prohibentur arg. d. cap. statum &c. P. König cit. l. n. 16. D. Braun d. §. 1. n. 29. Passerinus ad cit. cap. statum an. 1. Clariff. P. Schmalzgrueber ad tit. de Rescript. in 6. an. 44.

50 Jurisdictionis Sæcularis (imò & Ecclesiastica) non tantum Magistratui, seu Judici Ordinario, delegari potest, per l. et prator 3. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdic. sed etiam homini privato per l. ult. §. 1. ff. eod. Obrecht d. l. 4. cap. 4. num. 3. & seqq.

Interim, si Judici tam Ecclesiastico quam Sæculari mandetur, quod antecederet jam ad ipsius officium pertinebat, magis Jurisdictionis Ordinariæ excitatur, quam Jurisdictionis Delegatæ censetur per cap. licet 12. de Offic. Jud. Ord. Vivianus, Barbosa & Gonzalez ad d. cap. an. 3. Obrecht d. l. n. 20. Braun d. §. n. 30.

52 Quares I. an Jurisdictionis alicui non-subdito delegari possit? Resp. affirmativè per argumentum ex l. un.

Cod. Qui pro sua Jurisdictione ubi plus non requiritur ad delegationem causam, quam ut Jurisdictioni Judicis Delegantis subiaceant. Quamquam in eo differt Jurisdictionis, non-subdito delegata, ab eo, quæ delegatur subdito, quòd ille compelli possit ad delegationem suscipiendam; ille non. Piching ad cit. de Offic. Jud. Deleg. n. 35. Reiffenstuel n. 68. Schmalzgrueber n. 16.

Quares II. an pluribus Jurisdictionis delegari possit? Resp. posse; videndum tamen, an pluribus in solidum vel cumulativè delegata sit. Nam, si cumulativè sit delegata Jurisdictionis (id quod in dubio præsumitur) omnes simul in usu & exercitio Jurisdictionis concurrere debent cap. causam 16. de Offic. Jud. Deleg. & arg. l. item si 17. §. ult. ff. de Rescript. qui arbitri. Si in solidum sit facta delegatio (quod tunc colligitur, si expressè dictum sit, ut, si omnes vel aliqui procedere nequeant, etiam unus valeat procedere) tenet processus & sententia, si modò unus causam discesserit; quin & si unus negotium semel inchoaverit, nequeunt reliqui se ulterius immiscere, nisi vel invitato, vel alia justà causa illam contingeret impediri, aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusare, verba sunt cap. cum plures 8. d. 1. in 6. Facit etiam cap. scilicetatus 13. de Rescript. & ibi per extensum Gonzalez num. 6. & seqq. & passim Interpretes.

§. V.

Quales Causæ delegari possint?

56 Ad objectum Jurisdictionis Delegatæ pertinent causæ delegabiles, quales sunt, quæ jure Magistratus, vi muneris & officii competunt: quæ verò specialiter Lege, vel Scto, vel Constitutione Principum tribuuntur, delegari vel mandari non possunt. Ita textus & DD. in l. quacunque 1. in pr. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdic.

57 Dicitur autem folet I. an Imperium Mixtum delegari possit? Resp. affirmativè. Textus sunt plures & insolubiles in d. l. quacunque 1. §. 1. l. cognitio 4. §. 1. l. ult. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. l. ult. Cod. Ubi & apud quem. Ratio est I. quia Jurisdictionis simplex delegari potest, secundum omnes. Ergo etiam Imperium Mixtum, utpote sine quò Jurisdictionis simplex non semper commodè potest redigi in actum, ex responſis in cap. 1. n. 62.

II. quia Imperium Merum per se non competit ex speciali Lege, sed vi officii, ut colligitur ex cap. pen. de Rescript. in integr. & d. l. ult. Cod. Ubi & apud quem &c. Authores præcipuos numerat D. Braun cit. cap. §. 1. n. 41.

59 Dicitur autem folet II. an executio sententiæ separativè delegari possit?

Resp. affirmativè. Textus in cap. pastoralis 28. §. quia vero sape contingit, quod executio sententiæ Ordinariæ demandatur &c. de Offic. Jud. Deleg. Ratio est: quia non solum univerſa Jurisdictionis, sed etiam pars illius, ac actus unicus demandari potest cap. super questionem 27. §. verum & seqq. d. l. solus 16. & seqq. ff. de Jurisdic. Authores sunt Obrecht d. l. cap. 6. n. 42. & seqq. Braun d. l. n. 44. & alii, postea citandi.

Dices: nudum ministerium non potest delegari cap. ult. d. 1. Sed executio est nudum ministerium. utpote quæ exerceatur etiam ab apparitoribus judiciorum. Ergo &c.

Resp. executionem dupliciter spectari posse, quatenus est nudam factum seu ministerium hominis, & quatenus est actus Imperii Mixti, includens jus exequendi & de executione cognoscendi: priori modò considerata nequit delegari; posteriori modò acceptata potest delegari, ex mox dicendis. Ceterum potest delegari, ex mox dicendis. Ceterum ad meliorem intellectum d. cap. ult. sciendum est, quòd ibi prohibeatur, ne, cui commissum est, prædicare crucem, excommunicare, vel absolvere aliquos, dispensare cum irregularibus &c. aliis demandet: quia scilicet ejusmodi Commissarius

rius aut nudus minister est, aut nudus executor jurisdictionis. Quodsi enim tales actus ex officio quis exercere valeat, aliis committere non prohibetur *cap. ult. de Off. Jud. Ordin.*

64 Disceptari solet III. an mandata executione censeatur etiam delegata cognitio?
Resp. affirmative, si per cognitionem intelligatur illa, quæ versatur circa ipsam executionem, quoad modum exequendi, & quoad res, in quas executio fit. Ratio est: quia, cui Jurisdictio data est, ea quoque concessa videtur, sine quibus Jurisdictio explicari non potest, ut dicitur in l. cui 2. ff. de Jurisdict. Vix autem potest executio explicari absque cognitione super executione; imò vix aliàs censeari potest delegata per modum Jurisdictionis. Ergo &c.

66 Si autem per cognitionem intelligatur illa, quæ fit super exceptionibus v. g. S. C. T. Macedoniani, Velleiani, compensationis, competentie &c. quibus aut sententia, aut executio impugnatur, negativè resp. per textum in *cap. de castro 5. de Sent. & re judic. l. si prator 75. ff. de Judic. l. pen. ff. de Confess.* Ratio est: quia delegatio, uti mandatum, est strictè interpretationis, atque ad non-concessa, si necessariò connexa non sint, nequit extendi. Ergo Juxta Delegatus ad exequendum, non potest cognoscere exceptiones, remorandæ executioni oppositas: hæ enim cum executione necessariam connexionem non habent, sed magis ad novum judicium pertinent. Obrecht d. cap. 6. n. 45. & seqq. Struv. exercit. 4. tit. 45. Mynsing cent. 2. obs. 69.

68 Disceptari solet IV. an Imperium Merum delegari possit?
Resp. I. de Jure Civili non posse. Textus sunt in l. quacunq. 1. pr. & §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. l. solent 6. in pr. ff. de Off. procons. l. nemo 70. de R. I. Ratio sumitur ex cap. 6. n. 175. ubi dictum est, Imperium Merum Jure Civili ad Extraordinariam Jurisdictionem pertinere.

69 Excipitur casus justæ absentie d. l. quacunq. in pr. quin & casus infirmitatis juvenutis, infirmitatis per Constitutionem Criminalem Caroli V. art. 2. Braun d. §. 1. n. 53. & seqq. Stryck in usu mod. Pand. ad cit. tit. de Offic. ejus &c. §. 5.

70 Resp. II. Merum Imperium Sæculare de Jure Canonico delegari posse & debere per textum in *cap. ult. Ne Clerici vel Monachi in 6. eod. quod Prælati Ecclesiastici, simili Imperio instruiti, propter irregularitatis metum nequeant id personaliter exequi.*

71 Resp. III. Merum Imperium Ecclesiasticum de Jure Canonico delegari posse. Ita novissime P. Reiffenstuel ad tit. de Off. Jud. Deleg. num. 30. quem antecesserunt Longoval. de Jurisdict. cap. 4. n. 6. Bocerus de Jurisdict. cap. 6. n. 72. Clariff. P. Ebberth p. 7. Contrav. 7. n. 10. cit. l. num. 23. Clariff. D. Franz Quæst.

§. VI.

Quis effectus sit Jurisdictionis Delegatæ?

80 Effectus Jurisdictionis Delegatæ est I. quòd Delegatum faciat Vicarium quasi

§. I. l. et §. 3. ff. de Off. ejus cui mand. l. solent 16. ff. de Jurisdict.

II. quòd Delegatus totam Jurisdictionem Delegantis quoad causam sibi delegatam consequatur, dumquòd nihil exceptum aut reservatum sit per *cap. quia 1. cap. præterea 5. cap. significasti 7. de Offic. Jud. Deleg. l. cui 2. ff. d. t. l. hac clausula 1. §. 4. ff. de Suscept. tutor.*

III. quòd non tantum Jurisdictione in specie, sed etiam Imperium Mixtum & potestas coercitiva transeat in delegatum l. ult. §. 1. de Off. ejus cui mand. est Jurisd. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 252. n. 2. & dec. 233. n. 7.

IV. quòd Delegatus possit dare Judicem specialem seu pedaneum ex n. 44.

V. quòd, si opus fuerit, auxilium brachii

§. I. l. 2. n. 10. Colligitur hæc responsio tum ex *cap. licet 2. de Offic. Vic. in 6.* ubi potestas inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquotum excelsus, corrigendi, aut puniendi aliquotum excelsus, seu aliquos à suis beneficiis vel administrationibus amovendi (quæ potestas haud dubiè revocatur ad Imperium Merum Ecclesiasticum) negatur in Vicarium transferri, nisi specialiter committatur: adeòque supponitur, quòd delegari possit: tum ex *cap. cum Episcopus 7. de Offic. Ord. in 6.* ubi dicitur, quòd Episcopus in quolibet loco sua Diocesis possit per se vel per alium (ergo per Delegatum) pro tribunali sedere, causas ad Ecclesiasticum Forum spectantes audire, personas Ecclesiasticas capere, ac carceri deputare &c. tum ex ratione, quòd Imperium Merum Ecclesiasticum ordinariò jure competat juxta dicta in *cap. 6. n. 176.* consequenter ex num. 56. delegari valet.

Contradiciunt huic responsioni Gentil. de Jurisdict. lib. 3. cap. 29. Fachinuz lib. 9. contr. cap. 99. Vinnius d. l. cap. 3. n. 4. Struv. d. exercit. tit. 81. Pirhing ad tit. de Off. Deleg. num. 52. Braun d. §. 1. n. 51. quorum ratio fundatur in concordia Juris Civilis & Canonici, quæ tamen in hoc passu non est speranda, cum, ut diximus, Jure Civili Imperium Merum Extraordinariè, Jure Canonico Jurisdictionis Ordinariè sit.

Disceptari solet V. num actus Ordinis delegari possint?
Resp. I. actus Ordinis posse delegari personæ, requisitum Ordinem habenti, veluti patet in Episcopo, qui alteri Episcopo, jam consecrato, per literas dimissorias potestatem ordinandi proprium subditum committit. Revidentur dicta in *tr. 3. cap. 1. n. 571. & tr. 4. cap. 3. n. 108.* Textus in *cap. requisivis 1. de Ordin. ab Episcopo qui renunt.*

Resp. II. actus Ordinis personæ, requisitum Ordinem non habenti, vel, Apostolicò privilegio in certis casibus non munitæ, ab alio, quam Summo Pontifice, delegari non posse. Textus notabilis in *cap. aqua 9. de Consecrat. Eccles. Eccles. vel alia. ibi: licet Episcopus committere valeat, quæ Jurisdictionis existant; quæ Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare.* P. Reiffenstuel cit. l. n. 84. & seqq. Ratio est: quia Delegatio Jurisdictionis solò verbò Delegantis perficitur; Delegatio verbò Potestatis Ordinis non nudis verbis, sed manuum impositione transferitur per *cap. un. de Sacra Unct. cap. ult. de Sacrament. non iterand.*

Quòd autem Summus Pontifex nonnunquam actum Ordinis Clerico inferioris gradus demandare possit, liquet ex *tr. 4. de Diaconatu & Subdiaconatu ex cap. 2. d. n. 139. & de Confirmatione ex d. cap. d. n. 165.*

81 II. quòd Delegatus totam Jurisdictionem Delegantis quoad causam sibi delegatam consequatur, dumquòd nihil exceptum aut reservatum sit per *cap. quia 1. cap. præterea 5. cap. significasti 7. de Offic. Jud. Deleg. l. cui 2. ff. d. t. l. hac clausula 1. §. 4. ff. de Suscept. tutor.*

82 III. quòd non tantum Jurisdictione in specie, sed etiam Imperium Mixtum & potestas coercitiva transeat in delegatum l. ult. §. 1. de Off. ejus cui mand. est Jurisd. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 252. n. 2. & dec. 233. n. 7.

83 IV. quòd Delegatus possit dare Judicem specialem seu pedaneum ex n. 44.

84 V. quòd, si opus fuerit, auxilium brachii

§. I. l. et §. 3. ff. de Off. ejus cui mand. l. solent 16. ff. de Jurisdict.

II. quòd Delegatus totam Jurisdictionem Delegantis quoad causam sibi delegatam consequatur, dumquòd nihil exceptum aut reservatum sit per *cap. quia 1. cap. præterea 5. cap. significasti 7. de Offic. Jud. Deleg. l. cui 2. ff. d. t. l. hac clausula 1. §. 4. ff. de Suscept. tutor.*

III. quòd non tantum Jurisdictione in specie, sed etiam Imperium Mixtum & potestas coercitiva transeat in delegatum l. ult. §. 1. de Off. ejus cui mand. est Jurisd. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 252. n. 2. & dec. 233. n. 7.

IV. quòd Delegatus possit dare Judicem specialem seu pedaneum ex n. 44.

V. quòd, si opus fuerit, auxilium brachii

Sæcularis implorare valeat, ac Magistratus politicus huic implorationi deferre debeat per textum in *cap. administratores 26. XXIII. quæst. 5.*

Num. Judici Delegato parendum sit, antequam literas Legationis exhibuerit, suamque personam legitimaverit? Non est arduum decernere: siquidem ex *cap. 4. n. 6. & seq. conf. stat. etiam Legato Sedis Apostolicæ, si Cardinalis non sit, parendum non esse, priusquam Legationis literas ostenderit.* Textus in *cap. cum in Jure 31. de Offic. Jud. Deleg. cap. cum contingat 24. de Rescript. l. si quis 1. Cod. de Mand. Princip. Est enim Delegatio res facti; nec favet illi præsumptio Juris, sed potius Ordinariæ Jurisdictioni patrocinatur.*

§. VII.

Quomodo Jurisdictione Delegata cesset.

87 Jurisdictione Delegata cessat I. revocatione Delegantis, si res adhuc integra sit, sive non per *cap. in causis 30. de Elect. §. rellè 9. Inst. de Mand. l. solent 6. §. 1. ff. de Off. Procons. Delegatio siquidem, instat alterius mandati, in esse & conservari pendet à voluntate Delegantis per l. judicium 58. ff. de Judic. Exceptò casu, quò Delegatus Summi Principis subdelegavit: hic enim, re non amplius integrâ, nequit Jurisdictionem subdelegatam à subdelegato revocare: cum totum, quod habuit, abdicasse si non videatur *cap. venerabili 37. in fin. de Offic. Jud. Deleg. cap. quævis 6. eod. in 6.**

88 II. cessat morte Delegati: respicitur enim personæ industria, in qua hæredes non censentur esse successores *cap. licet 30. cap. unò 42. d. s. Præterquam si non personæ, sed potius Dignitati delegatio facta fuisset, puta Archi-Episcopo Salisburgensi; tunc quippe Successor Archi-Episcopus rectè causam, Antecessori delegatam, cognoscit *cap. quoniam 14. eod. Rota Rom. in recent. p. 17. dec. 157. n. 14.* quia Dignitas non moritur *cap. si gratiosè 5. de Rescript. in 6.**

89 III. cessat lapsu temporis, pro expedienda causa delegata, præstituti *cap. de causis 4. d. t. de Offic. Jud. Del.* Nisi terminus communi partium voluntate prorogatus, & prorogatio à Delegante non fuerit expressè prohibita. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. n. 44.

90 IV. cessat finito negotio, latâ videlicet sententiâ definitivâ; non attentò, justa an injusta, valida aut nulla fuerit l. si ut proponis 4. Cod. Quom. & quando Judex: non enim, ut Judex Ordinarij sententiam nullam corrigere potest l. si expressim 19. ff. de Appellat. potest etiam Delegatus: quia semel est officio functus *cap. 1. in literis 9. de Offic. Deleg. Panormit. in cap. 1. de Sent. & re jud. n. 28. Brunner. in cit. l. si ut proponis n. 3. & P. Wiestner ad tit. de Offic. Deleg. n. 93.* limitans in num. seq. hanc regulam, si nullitas provenierit ex eo, quòd Delegatus formam mandati fuerit transgressus *arg. cap. cum olim 22. cap. venerabili 37. d. s. cap. cum dilecti 22. de Rescript. l. diligenter 5. in pr. ff. P. SCHMÆR JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.*

Mand. l. quid tamen 21. in pr. ff. de Recept. qui arbit.

V. cessat morte Delegantis, re adhuc integrâ; hoc est, si necdum emissâ sit citatio: hæc enim, ut verior mihi sententia docet, vim habet perpetuandi Jurisdictionem per *cap. gratiam 20. de Offic. Deleg. cap. ult. de Offic. Leg. junctâ l. & quia 6. l. si convenerit 18. ff. de Jurisdict. l. si quis 7. ff. de Judic. Cujus ratio est: quia per citationem Delegatus utitur Jurisdictione Delegantis; sicque, uti citatio præventionem operatur juxta *cap. proposuisti 19. de Foro compet. ita & perpetuationem per *cap. licet 30. de Offic. Deleg. cap. cum plures 8. eod. in 6. Pirhing ad tit. cit. sect. 7. §. 3. Obrecht d. l. 4. cap. 8. num. 10. Bocer d. cap. 6. n. 53. & seq. Vinn. d. l. cap. 12. n. 3. Braun d. §. 1. n. 79. & seqq. Clariff. P. Ebberth p. 2. contr. 5. n. 4.***

Quid autem ad *cap. relatum 19. d. t.* respondendum, ubi Lucius III. distinguit, sitne lis jam contestata, an non; ac priore casu perpetuationem admittit, posteriore rejicit? An forte cum Glossa, quam sequitur Clarissimus P. Wiestner d. l. sub n. 87, dicendum, idem *cap. relatum per *cap. gratiam, immedie sequens, velut posterius, esse correctum? Sed hoc nolim: tum quia, ut sapienter advertit D. Braun cit. l. sub n. 8, non est verosimile. Compilatore Decretalium voluisse asserre textus, se immediatè subseqentes, & simul corrigentes: tum quia Jura, quando possunt, probabiliter conciliari, debent conciliari, juxta vulgatas regulas.**

Respondendum ergo censeo, Lucium Pontificem in d. *cap. relatum* ad casum sibi propositum distinctionem suam de litis contestatione accommodasse; minimè tamen negasse, quòd Jurisdictione Delegata non fiat perpetua, quando lis quidem contestata non est, citatio tamen præcessit: neque enim in Decretalibus, sicut & in Codice, ineluso unius est exclusio alterius; valdeque fragile & infirmum est argumentum à sensu contrario, ubi textus expressus in contrarium extat.

Dices I. Quando lis non est contestata, 98
D d d d Juris.

Jurisdictio non censetur esse perpetua d. cap. relatum 19. Sed, facta duntaxat citatione, lis non est contestata. Ergo jurisdictio non censetur esse perpetua.

99 Resp. distinguendo major, quando lis non est contestata, & nullus alius actus Jurisdictionis exercitus, Jurisdictio non censetur esse perpetua, concedo major. quando alius actus Jurisdictionis est exercitus, nego major. Cum itaque, citatione facta, actus Jurisdictionis sit exercitus, Jurisdictio per cit. cap. gratum 20. censetur esse perpetua.

100 Dices II. Licet Judex Delegatus utatur Jurisdictione Delegantis, quando eandem subdelegat, attamen Jurisdictio necdum videtur esse perpetua, veluti cum communi tradit Clariss. P. Schmalzgrueber ad cit. de Off. Jud. Deleg. n. 49. Ergo etiam, licet Judex Delegatus utatur Jurisdictione Delegantis, quando citationem decernit, Jurisdictio tamen non censetur esse perpetua.

101 Resp. negando consequens. Ratio discriminis est, quod citatio sit actus judicialis, per se pertinens ad substantiam Judicii; subdelegatio e contra neque sit actus judicialis, neque per se pertinet ad Judicium, sed prorsus per accidens se habeat.

SECTIO II. De Jurisdictione Prorogata.

SUMMARI A.

107. Notatio Jurisdictionis Prorogata, ejusque definitio. 108. Est potestas publica. 109. Extensio ad fines suos. 110. & seq. Consensu partium extensa. 112. Alia est expressa. 113. & seq. Alia tacita. 115. Judex Prorogationis in eodem sit regno, in quo sunt prorogantes, necessarium est. 116. Clerici nequeunt in se prorogare Jurisdictionem alienam. 117. & seq. Neque subditi diversorum Statuum. 121. & seq. Sententia Stryckii examinatur. 125. De Judice Delegato triplex sententia refertur. 126. &

Dices III. ad perpetuandum mandatum in ore procuratore res non amplius dicitur integra, non quando citatio facta, sed lis contestata fuit l. ante litem 16. l. post litem 17. ff. de Procurat. Ergo etiam ad perpetuandam Jurisdictionem in Judice Delegato.

102 Resp. rursus negando consequens. Disparitas est, quod procurator debeat fieri dominus litis, ideoque litis contestatione opus habeat; aliter atque Judex Delegatus, qui dominus litis non efficitur.

103 Ut vero citatio perpetuet Jurisdictionem Delegatam, debet eadem esse valida arg. Clem. causam 3. de Elect. cap. ult. de Restit. spoliar. l. quoniam 6. ff. Qui satisfare cog. non tamen citatio debet esse intimata per cit. cap. gratum 20. ibi: propositio citationis editio &c. de Offic. Deleg. ubi Panormit. num. 1. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 298. n. 8. Neque enim intimatio, sed potius determinatio citationis est actus & usus Jurisdictionis, ut cum P. Waelther d. l. n. 88. sustinet cit. Clariss. Eberth. controu. 7. n. 2. & seq. qui etiam videri potest in controu. 6. n. 3. ubi quam optime concludit & probat, citationem, nulliter factam, cum nihil operetur, nec sit actus Jurisdictionis, ad perpetuandam Jurisdictionem non sufficere.

§. I.

Quid & quotuplex sit Jurisdictio Prorogata.

107 Prorogatio Jurisdictionis idem est, quod ampliatio, dilatatio, extensio, protractio, & explicatio Jurisdictionis juxta Bocerum de Jurisdic. cap. 7. n. 2. & definitur, quod sit potestas publica jus dicendi, extra fines suos, consensu privatorum extensa.

108 Dixi I. potestas publica jus dicendi. Per quae verba notavi, in Prorogatione supponi antecedenter aliquam Jurisdictionem: in eo enim, qui nec tribunal praestit, nec aliam Jurisdictionem exercet, Prorogatio nequit aliquid operari per l. si se 1. ff. de Judic. quia consensus privatorum non potest esse solus aliquem Magistratum facere, vel Jurisdictionem conferre l. privatorum 3. Cod. de Jurisd. Vinnius de Jurisd. cap. 10. n. 5.

Dixi II. extra fines suos. Nam cujuslibet se-109 re Magistratus & Judicis potestas est ita comparata, ac suis terminis quoad personas, tempus, locum, causas &c. circumscripta, ut extra illos sine prorogatione ac voluntate partium litigantiam exerceri nequeat l. ult. ff. de Jurisdic. l. consensisse 2. in pr. ff. de Judic.

Dixi III. consensu partium extensa. Itaque Jurisdictione Prorogata proximè suboritur ex consensu partium, in judicio litigantium; remotè tamen provenit à Lege, quae, communis utilitatis gratia, permittit partibus, alterius & incompetentis Judicis Jurisdictioni cum effectu semet subjicere, absque eo, quod proprii & competentis Judicis consensus exigatur d. l. 2. §. 1. ff. de Judic. Vinn. d. cap. n. 4.

Excipitur

104 pitur autem Clericus, qui alterius Episcopi Jurisdictionem nequit in se prorogare, nisi proprii Episcopi consensus interveniat cap. significasti 18. de Foro comper. quia nempe quilibet Episcopus proprias oves cognoscere, pascere, & judicare debet. Gonzalez in d. cap. num. 10.

112 Dividitur Prorogatio in expressam & tacitam. Expressa est, cum ultrò quis alienam Jurisdictionem in se prorogat, aut privilegio fori, quod habuit, pacto vel stipulatione re-113 nuntiat. Tacita est, quae ex facto aliquo proportionato à Lege inducitur. Et quidem

ex parte actoris inducitur Prorogatio ex sola propositione actionis in judicio: mox enim, atque actionem proposuerit, illum Judicem, quem pro se elegit, contra se agnoscere, ac coram eo causam reconventionis, contra se motam, suscipere tenetur l. qui non 22. ff. de Judic. l. cum Papinianus 17. Cod. de Sentent. & interlocut.

114 Ex parte rei conventi non aliter censetur Prorogatio procedere cum effectu, ac si ille coram Judice incompetente litem iuerit contestatus l. nemo 4. Cod. de Jurisdic. D. Gletle 2. parte Pandect. quest. 1. n. 19. & seqq. Sutholt apbor. 377.

§. II.

Cujusnam Judicis Jurisdictio Prorogationem admittat?

115 Certum est, ad hoc, ut Jurisdictio Prorogationem admittat, eam fieri debere coram Judice ejusdem Imperii vel Regni. Nam si aliquis, Regi Galliae subditus, vellet in se prorogare Jurisdictionem Germani, nihil ageret: quia Prorogatio vim remotè sortitur ex autoritate Legis, quae respectu subditorum alienae Republicae nullam vim aut robur obtinet. Vinnius d. cap. 10. n. 2. Gletle d. g. 1. n. 12. Ex quo

116 Sequitur I. Clericos non posse in se prorogare Jurisdictionem Judicis Laici per cap. si diligenti 12. cap. significasti 18. de Foro comper. Ratio est: quia Clerici censentur esse alterius Imperii & Regni, quam Laici juxta cap. cum ad verum 6. & seqq. Dist. 96. Adeoque Jurisdictio Judicis Laici, tamen à Clerico sponte fuerit agnita, vim in Clericum exercere nequit. Vinnius d. l. n. 2.

118 Sequitur II. in Romano Imperio Jurisdictionis Prorogationem inter subditos diversorum Statuum vix procedere: licet enim Status omnes Jurisdictionem suam habeant ab uno, scilicet Imperatore, habent tamen ut propriam, patrimoniam, & Territorialem; nec Leges communes, de Prorogatione latas, in suo Territorio agnoscere tenentur: cum plenissima facultate illas reformandi polleant

119 ex cap. 5. n. 83. Cui accedit, quod Jurisdictione patrimonialis, quam Statibus Imperii concessam esse, mox diximus, circumstantiis emolumentis, quoad poenas, multas, & caetera filici jura; adeoque in vitis Statibus auferri nequeat.

120 Quin & privilegium de non evocando, Statibus in A. B. cap. 8. & 11. tributum, non patitur, ut eorum subditi alienum tribunal subire valeant, sine praevio Statuum consensu. Gail. lib. 1. obs. 40. n. 2. & seqq. Obrecht d. l. cap. 14. n. 36. Vinnius d. l. num. 3. Gletle d. l. num. 13. & alii, ab his citati.

121 Alterius sententiae defensor est Stryck in usu mod. Pand. ad tit. de Jurisdic. §. 22. & seqq. edè praecipue motivò persuasus, quod etiam in Imperio Romano subditus unius Status, in alterius Status Territorio delinquens aut contrahens, illius Jurisdictioni Prorogatione tacita se submittat, nec ullum Statibus

122 exinde praedictum enascatur. Verum non esse paritatem inter Prorogationem tacitam, quam ex loco delicti vel contractus eruit Stryck, & expressam, indemonstratur: quia Prorogatio illa tacita, non tam consensu privatorum, quam autoritate Legis principaliter est introducta; expressa vero principaliter consensu privatorum, accedente Legis conventiã, accidere solet. Constat

123 autem, auctoritatem Legis esse potiore in danda vel auferenda Jurisdictione, quam voluntatem hominum privatorum, in quorum arbitrio non est positum, Jurisdictionem Domini Territorialis eludere, vel declinare posse. Certè cum laudatus Stryck §. 28. 124 admittat, Domino Territorii facultatem competere, subditis per Legem prohibendi, ne deinceps extra Territorium se invicem conveniant: cur non dicimus, generalem de facto seu Legem seu Consuetudinem prohibentem extare, ne subditi tribunal alienum in conventionem subeant, dum Territoriales Domini vix aliud tam anxie curant, quam diminutionem Jurisdictionis, praesertim à subditis attentatam.

125 Caeterum insignis hic controversia movetur: possint judicis Delegati Jurisdictione prorogari? Affirmat absolute Bocerus de Jurisdic. cap. 7. n. 20. & seqq. eique consonat Gonzalez in Comment. ad cap. de causis 4. de Off. Deleg. n. 4. Negant absolute Azo, Cynus, Zafius, Brunneemann, ad l. si se 1. ff. de Judic. num. 8. Distingunt Obrecht d. l. 4. cap. 12. num. 20. ac seqq. Sutholt apbor. 381. Gletle d. g. 1. n. 16. & seqq. ac Delegatam universalem ajunt esse prorogabilem, non item Delegatam particularem.

126 Ego, cum Bocero & Gonzalez absolute affirmo. I. enim in cap. cum olim 32. de Off. Deleg. ex eo solum negatur Prorogatio quoad causam damnorum coram Judice, ad causam restitutionis ex capite spoliis ventilandam, Delegatò, fieri potuisse: quia procurator rei conventi nullum habuit super hoc mandatum, & principalis ipsius proventus, ac Prorogationem, à procuratore intentatam, audivit, contradixit. Ergo supponitur, Prorogationem coram Judice Delegato, etiam ad unam causam, fieri posse, si litigantes vel

per se vel per procuratores, speciali mandato
 127 instructos, consentiant. II. in *cit. l. sise* (cui
 succinit *l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic.*) dicitur
*conjuris Judicis, qui tribunali preest, vel
 aliam Jurisdictionem habet*, Jurisdictionem pro-
 rogari posse. Cum ergo Lex concedat, aliam
 Jurisdictionem, quam Ordinariam, esse pro-
 rogabilem; nec distinguat inter Delegatam
 Universalem & particularem, nec nostrum
 128 erit distinguere; præcipue & III. quia non
 potest solida disparitas assignari inter casum
 unum & alterum: idem enim Jurisdic-
 tio Delegata universalis potest prorogari, quia De-
 legatus universalis fungitur vice & munere
 Delegantis, cujus Jurisdic-
 tio haud dubie est
 prorogabilis. Sed etiam Delegatus particu-
 laris fungitur vice & munere Delegantis. Er-
 go &c.
 129 Dices I. limitata causa limitatum produ-
 cit effectum. Ergo Jurisdic-
 tio Delegata particu-
 laris ad solam causam, quæ fuit Delegata,
 limitatur, nec ad aliam extenditur.
 130 Resp. negandò suppositum entymematis,
 quòd nempe Jurisdictionis Prorogatio proveni-
 at à Jurisdictione Delegata, tanquam causa:
 nam ex *num. 110.* causa immediata est con-
 sensus partium, & mediata est Lex, quæ rati-
 ficat & confirmat partium consensum, dum-
 modò ex parte Judicis incompetentis sit aliqua
 Jurisdic-
 tio, sive Ordinaria, sive Delegata *d. l. sise 1. ff. de Judic. d. l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic.*
 131 Dices II. in *cap. P. & G. 40. de Off. Jud. De-
 leg.* manifestè reprobatur Prorogatio Juris-
 dictionis Delegatæ, ibi: *quia in dictum l. nullam
 Jurisdictionem habebas, Jurisdictionis Prorogatio*

nulla noscitur existisse: cum hujusmodi Delegata
 Jurisdic-
 tio ad alias personas nequeat prorogari.
 Resp. I. textum hunc aut nimis multum,
 132 aut nimis parum probare. Dum enim De-
 legatus, etiam universalis, non habet Juris-
 dictionem in personas illas, quæ Prorogationem
 petunt (ut potè cum alias Prorogatione opus
 non esset) sequitur sanè, nec Delegati univer-
 salis Jurisdictionem à personis non-subditis
 prorogari posse. Imò sequitur, ne quidem
 133 Jurisdictionem Ordinariam Prorogationi esse
 obnoxiam: cum & illa fiat de non-subdito ad
 subditum; Pontifex autem dicat, & respectu
 illorum, qui *Jurisdictioni prefunt*, non valere
 Prorogationem in eos, in quos Jurisdictionem
 non habent.
 Resp. II. textum recitatum exponi debere
 134 de casu, quò non utraque litigantium pars,
 sed una duntaxat, in Prorogatione consentit,
 sicut ibidem solammodò de l. Laico dicitur,
 quòd voluerit Jurisdictionem prorogare, nil-
 hil exprimentò de mercatoribus, quibuscum
 l. Laico negotium erat: hocque ad mentem
*cit. cap. cum olim d. s. supra in num. 126. expli-
 cati.*
 Resp. III. cum Gonzalez ubi supra *num. 5. 135*
 in eodem textu solummodò reprobari Pro-
 rogationem Jurisdictionis Delegatæ de persona
 ad personam, non verò de causa ad causam
 similem: cum enim persona cum alia perso-
 na connexionem non habeat, Jurisdic-
 tio Delegata non tam extendi dari
 videretur; cum econtra, ubi semel Juris-
 dicio in personam est concessa, & causa est si-
 milis, non tam noviter dari, quam extendi
 censetur.

§. III.

Quot modis fieri possit Prorogatio?

136 Prorogatio quatuor fieri modis, vulgò di-
 citur. Primò de persona ad personam. Quan-
 do enim Judex respectu personarum est in-
 competentis, eò quòd personæ illæ privilegium
 speciale sint adeptæ, Jurisdictionem incom-
 petentis Judicis in se prorogare, privilegio
 suo, in favorem privatum introducto, renun-
 tiare, ac judicio alieno se submittere, ex-
 pressè vel tacite possunt *l. sise 1. & l. seq. in pr. & §. 1. ff. de Judic.* Et hic modus à nemine,
 quantum scio, revocatur in dubium. Vinnius
 de *Jurisdic. cap. 11. n. 5. & seqq.*
 137 Secundò fit de tempore ad tempus, quando
 scilicet Jurisdic-
 tio, ad certum temporis inter-
 vallum data, extra illud consensu partium ex-
 tenditur per textum in *l. concessisse 2. §. 2. ff. d. t. Obrecht
 cit. cap. n. 33.* & alii, quos citat Boe-
 cerus *d. cap. 7. n. 47.*
 138 Hunc tamen prorogandi modum rejiciunt
 Panormitan. in *cap. P. & G. 40. cit. de Off. De-
 leg. num. 12.* Boecerus *d. n. Vinnius cit. l. cap. 10.
 num. 12.* D. de Bassis *d. l. th. 35. n. 4.* Gletle
d. g. 1. n. n. 9. tum quia, si Jurisdic-
 tio ad cer-
 tum tempus sit data, Judex transactò tempo-
 re, delinit esse persona publica, & jure priva-

torum consideratur: ergo, cum voluntas
 privatorum nequeat homini privato tribuere
 Jurisdictionem *l. privatorum 3. Cod. de Jurisd.*
 nequit etiam Prorogationem de tempore ad
 tempus operari: tum quia *cit. l. concessisse §. 2. 139*
 non loquitur de Prorogatione Jurisdictionis,
 sed prolongatione Notionis in Judice Peda-
 neo, qui, si datus fuerit, ut intra certum
 tempus judicet, potest etiam post illud tem-
 pus, quod in favorem litigantium determina-
 tum consetur, judicare; non ita Judex Juris-
 dictionis, qui ad certum tempus quandoque; Le-
 ge publicâ & ob bonum publicum constitui-
 tur, cui renuntiare, non est licitum privatis.
 His accedo, si sententiam suam ad Juris-
 140 dictionem Ordinariam limitent; quoad Dele-
 gatam verò Prorogationem cum Panormitano
cit. l. concedant, propter expressum textum
 in *cap. de causis 4. d. t.* & ibi Gonzalez in *n. 3.*
 Ratio est: quia & in Judice Delegato tempus
 exercende Jurisdictionis in favorem partium
 adjectum præsumitur; cui proinde cedere
 possunt, si velint.
 Tertiò fit propagatio de loco ad locum, quan-
 141 do scilicet Jurisdic-
 tio, certo territorio adstri-
 cta.

ta, extra illud ex voluntate partium protra-
 hitur. Sed & hanc Prorogationem cum ipso-
 142 mte Obrecht *d. cap. 14. n. 20.* dedignantur.
 Autores in loci citatis Boecerus *n. 46.* Vinnius
n. 8. D. de Bassis *d. n. 2. & 2.* Gletle *n. 6.*
 partim quia Magistratus extra suum Territo-
 rium est instar personæ privatæ per *l. Praef. 3.*
 142 ff. de Off. Praef. *l. ult. ff. de Off. Praef. urbi:* partim
 quia extra Territorium jus dicenti nulla con-
 stat autoritas; nullaque iis, quibus jus dicitur,
 vis est parenti *cap. ult. de Confit. in 6. l. ult.
 ff. de Jurisdic.*
 143 Istorum sententiam rursus accepto, si,
 ut prior, restringatur ad Jurisdictionem Or-
 dinariam: quòd enim Jurisdic-
 tio Delegata à Summo Principe possit ubivis locorum con-
 sensu partium exerceri, textus est in *cap. sta-
 tutum ii. §. in nullo de Rescript. in 6.* Ratio est: quia
 Delegatus Summi Principis representat De-
 legantem, qui ubivis locorum Jurisdictionem
 exercet. Gonzalez *cit. l. n. 5.*
 144 Quartò fit Prorogatio de re ad rem, seu de
 causa ad causam, quando Jurisdic-
 tio, ad causam determinatam limitata, consensu par-
 tium ad aliam & distinctam causam ampliatur,
 veluti si Sempronius, qui de solis causis pecu-
 niariis, summam 100. imperialium non exceden-
 dentibus, jus dicere valet, consensu partium
 de summa majori jus dicit per text. in *l. de qua
 re 74. §. 1. ff. de Judic. l. inter 28. ff. de Munici-
 pal. Sed & hic notandum est, Proroga-*

tionem de causa ad causam non procedere, ni-
 si utraque causa maneat in eodem genere &
 ordine. Sutholt *aphor. 376.* Vinnius *d. l. cap. 11.
 num. 1.* Gletle *d. q. n. 5.* Unde
 Infertur I. non tantum Clericos sed & 146
 Laicos non posse in se prorogare Jurisdic-
 tionem Judicis Laici quoad causas spirituales:
 quippe quarum disquod privatè ad solos Ju-
 dices Ecclesiasticos pertinet per *cap. de cerni-
 mus 2. 3. & 4. de Judic.* aliosque notissimos
 textus. Boec. *d. l. num. 29.* Obrecht *d. l.
 num. 28.*
 Infertur II. Jurisdictionem, quæ compe-
 147 tit alicui de solis causis civilibus, non posse
 ad criminales prorogari; nec vicissim Juris-
 dictionem, quæ data est circa causas civiles,
 ad criminales per *l. solummodo §. 1. ff. de Judic.
 l. non defensa 1. Cod. ubi causa fiscales & c.* Obrecht
d. l. n. 26. & seqq. Neque enim de criminibus
 cognoscere fas est, quibus specialis Lege
 potestas non defertur.
 Infertur III. de causa feudali ad allodiam; 148
 uti & de allodiali ad feudalem, Jurisdic-
 tionem non rectè prorogari. Nam neque Do-
 minus feudi aut Pares Curie de causis aliis
 quam feudilibus judicare possunt, neque Ju-
 dices alii Domino feudi aut Paribus Curie in-
 judicatoria causarum feudaliū præjudicium,
 inferre valent. Sutholt *d. aphor. 376.* Boec.
d. l. num. 30. dissentient D. de Bassis *th. 40.
 de Jurisdic.*

§. IV.

Quis effectus sit Jurisdictionis Prorogatae?

149 Effectus Jurisdictionis Prorogatae ex par-
 te prorogantium est, quòd Judicem pro-
 rogatum, præstitò semel consensu, non am-
 pliùs reculare valeant, sed illius judicio & sen-
 tentiæ teneantur acquiescere. Rota Rom. in re-
 cent. p. 16. dec. 36. n. 43. & dec. 10. n. 5. Ex par-
 150 te Judicis est, quòd incompetentè faciat com-
 petentem, tantumque juris illi tribuat in pro-
 rogantes, quantum habuisset, si Jurisdic-
 tio Ordina-
 151 ria vel Delegata penes ipsum fuisset. Unde
 Jurisdic-
 tio Prorogata assumit naturam illius
 Jurisdictionis, quæ prorogatur; ac, si ista non
 admittat appellationem, neque illa admittit;
 si ista expiret, & illa expirat. Vinn. *d. cap. 11.
 n. 12.* D. Gletle de Bassis *cit. l. th. 34. n. 3.*
 152 Quæres: utrum, quòd dictum est in *n. 149.*
 non amplius licere partibus Judicem pro-
 rogatum reculare, ubi semel consensum præsti-

terunt, verificetur, sive pacto nudò sive si-
 pulatione Jurisdictionem illius agnoverint?
 Resp. cum Stryckio in *usu mod. ad vir. de Jurisdic.
 §. 25.* de Jure Romano multum inter-
 esse inter pactum nudum & stipulationem: 153
 nam, ubi pacto nudò prorogata fuit Juris-
 dicio, id adeò firmum non est, ut, si partes,
 mutata voluntate, Judicem prorogatum, an-
 tequam aditus fuerit, reculare velint, ad ser-
 vandum pactum compelli possint per *l. si con-
 venerit 18. ff. d. t.* At ubi stipulatione intercessit,
 sius illi manet effectus, & si pars una stipu-
 lationi parere nolit, efficaciter ad hoc com-
 154 pelli potest. Sed quia moribus hodiernis
 pacta nuda quoad vim agendi sunt exæqua-
 ta stipulationibus, non magis uni, invicè
 altera, licebit à pacto, quam à stipulatione
 reculare.

SECTIO III.

De Jurisdictione Conservatoria.

SUMMARIA.

155. Jurisdictionis Conservatoria nomen. 156.
 Definitio. 157. Est potestas publica. 158. &
 seq. Quasdam. 159. & seq. Ab injuriis &
 violentiis manifestis. 164. Sine judiciali cog-
 nitione. 165. Defendendi. 166. & seqq.

à S. Pontifice concessa. 168. & seqq. Disquiri-
 tur: utrum hæc Jurisdic-
 tio sit Ordinaria, vel
 Delegata? 173. & seq. Si immediatè conce-
 datur à S. Pontifice, conceditur personis, in Dig-
 nitate vel Personatu constitutis. 175. Si con-
 datur 3. ceda-